



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Ioannis|| Climaci Ab-||batis Montis|| Synai,|| Scala Paradisi

Johannes <Climacus>

Coloniae, 1583

VD16 J 520

Vita, & Mors Leonis mo[n]achi genere, Cappadocis. Capvt CXII.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55433](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55433)

quasi fatuus, & amens. Dixit igitur mihi Abbas Sophronius: Dá mihi nummos, & videbis virtutem venientis. Dedi ergo illi quinque nummos, Qui acceptos dedit illi, qui videbatur vt amens. Accepit autem eos ille, nihil omnino loquens. Nos autem clam illum secuti sum⁹ è vestigio. Ille verò cum flexisset à via, extendit in cœlum manum suam dexteram habentem nummos, & post hæc prostravit se coram Deo, positisque in terra nummis abiit.

Vita, & Mors Leonis mōachi genere, Cappadocis.

CAPVT CXII.

TEMPORIBVS Imperij Tyberij fidelissimi Cæsaris, ascendimus in Oasum, vidimusque illic magnum in diuinis rebus monachum, genere quidem Cappadocem, nomine autem Leonē. De hoc multi multa digna admiratione narrabant nobis. Nos autem ad illius pertingentes familiare colloquium, magnumq; experimentum capientes sancti huius viri, magnificè ædificati sumus, & maximè in¹ humilitate eius, & silentio, & nuditate rerum omnium, & charitate, quam ad omnes habuit. Dicebat ergo semper venerabilis hic fenex: Credite mihi, filij, quia regnare habeo. Nos autem dicebamus ei: Crede nobis, Abba Leo, quia nullus ex Cappadocia vnquam regnavit. Importunam ergo habes istam cogitationem. Ille verò rursus dicebat: Veraciter, filij, regnare habeo. Nemo autem poterat eum, ab hac cogitatione remouere. Cum igitur venissent Mazices, & vniuersam prouinciam illam deuastassēt ac diripassent, venerunt & in Oasum, & monachos quidem plures occiderunt, plurimosq; captiuos duxerunt. Inter quos acceperunt & Abbatē

D d

Ioannem

Ioannem (erat autem hic Lector magnæ Constantinopolitanæ Ecclesiæ) & Abbatem Eustachium Romanum, & Abbatem Theodorum Cilicem. Erant autem tres isti infirmates. Cùm ergo uideret isruissent, ait Abbas Ioannes barbaris: Ducite me in ciuitatem, faciam, ut Episcopus det pro nobis numismata viginti quatuor. Accepit ergo illū vnus ex barbaris, & duxit prope ciuitatem: ingressusq; est Abbas Ioannes ad Episcopum. Inuentus est autē in urbe & Abbas Leo, & alij quidam patrum, atq; ideo tenti non fuerant. Ingressus igitur Abbas Ioannes cepit orare Episcopum, ut barbaro numismata daret. Episcopus autem non plura quàm octo numismata habere inuentus est. Voluerunt ergo dare barbaro octo numismata, & voluit accipere dicens: Aut viginti quatuor numismata præbere mihi, aut monachum morte. Coacti igitur sunt, qui erant in ciuitate, & Abbatem Ioannem barbaro dare silentem, & dolentem. Adduxit autem illum in sua tabernacula barbarus. Post tres ergo dies, sumptis octo numismatibus. Abbas Leo in eremū exiit, ubi erant barbari, orauitq; illos, dicens: Accipite me cū octo numismatibus, & tres istos dimittite, qui infirmi sunt neq; pergere per eremū possunt; nā interficietis eos, & detrimentū patiemini. Ego verò sanus, & seruiā vobis. Tunc barbari acceperunt Abbatem Leonem, & octo numismata, & dimiserunt tres. Abiit ergo Abbas Leo vsq; ad quēdam locum, & cū præ debilitate pergere vltra nō posset, barbari decollauerunt eū. Impleuitq; Abbas Leo scripturam dicentem: Ut ponat quis animam suam pro amicis suis. Tunc nos quoque cognouimus quid nā esset, quod dixerat, Quia regnare habet. Veraciter enim regnauit, qui posuit animam suam pro amicis suis.